



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Hæreticorum Ministri fatentur eius præstantiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

maximè per temerariam iactationem gloriari solent Hæretici. Diu quoque de supremo disputauit iudicio, quam ad perfundenda salutari timore mortalium corda potentem materiam comperit. Malebat enim Diui Chrysoftomi exemplo, & ad persuasionem, effectumque accommodatius existimabat, hærare diu in vna aliqua tractatione loco opportuna, diuq; idem quasi ferrum tundere, quàm varietate fortasse iucunda auditoribus, sed non perinde grata, serere multa, nihil perducere ad maturitatem. Illud ex disputationibus prioribus factum est, Deo iuuante, vt Hæretici ipsi multum ambigerent, esset ne Dei verbū, quod adhuc ex adulterina Lutheri interpretatione, impudenterq; corruptis sacris codicibus hauserant: ex posterioribus autem morum insignis emendatio in omni hominum genere cōsequuta. Itaque superstitionis insanæ Magistris magnū erat negotium, vt in sua continerent disciplina, quos per fraudes antè circumscripserant, cū fraudes ipsæ in apertum prolatae sub oculos omnium subiicerentur. Fuit qui palam in circulo vnum è Prædicantium turba ita perstringeret, Canisius sanè cogit vos studere, & virgis expellit. Ipsi verò

*Hæreticorum
Ministri fa-
tentur eius
præstantiam.*

Z

id

id adeò non negabant; vt vnum obstare Canisij quererentur, ne Euangelium ipsorum Augustus procederet. Quin etiam de grege fuit eorum, qui interaudiendam illius Disputationem erupit hanc vocem. Profectò resisti veritati non potest. Hoc ergò procacius, qui instar surdæ aspidis obturabant aures, destituti verò robore, & iusta causa, maledictis, & calumniis, & scommatis mordacibus, & scurrili petulantia, & omni genere liberalis, impudentisque artis in Iesuitas, manè que in Canisium incurrebant. Pessime quos regressos ad sanam mentem accipiebant; Et quibus poterant, inurebant turpitudinis notis, & faciebant detrimentis. Vnde fiebat, vt multi conperta fallacia Hæreticorum, neque illis committere amplius aures, animasque permittere soluerent, neque fociare se orthodoxis gloriosæ metu infamiæ, damnosisque prohibiti emolumentis auderent. Inuitabat secunda hæc aura, benedictusque adeò diuini Spiritus afflatus Mercator cælestem vt tota explicaret vela. Et quanquam iam diu supra humanam imbecillitatem labor contenderat, tamen vt aliquid noui assiduè moliretur, per Magni ieiunij tempus eius, quem ex

quimus

*Vexant reuer-
sos ad sanam
Ecclesiam.*

*Canisij inde-
fessa industria.*